

generali secundum quid non recte deducitur propositio generalis simpliciter. Sic promissiones Evangelii sunt universales ratione omnium credentium, non vero ratione omnium & singulorum hominum. *Matth. I. 28.* Oportet itaque semper spectare subjectam materiam.

XII. *Ex vocatione ad communionem gratiae non statim colligitur vocatio ad communionem gloriae.* Nam etiam hypocritis communicatur gratia eximia, sed non salutis *Hebr. 6. vers. 4. 5.* Itaque à communione gratiae, quæ reprobis & electis est communis, non licet argumentari ad communionem gloriae. Soli electi vocantur ad communionem gratiae salutis & gloriae (quæ duo cohærent individuo nexu) reprobis vocantur ad communionem gratiae promiscuae. quæ non cohæret immediate cum gloriâ. Ex his patet, falsum esse, hypocritas vocari hoc fine, ut salventur. Nihil jam dico de eo, quod vocationis finis per se sit, ut Evangelium credentibus sit odor vitae ad vitam; per accidens, ut sit odor mortis ad mortem non credentibus.

— 5 : 50 —

D 6 CAP.

lis, ethi  
im vero  
recte in  
e non en  
rem. Sic  
teroz,  
um &  
Verum  
quo re  
ffical.  
secunda  
cientiam  
eum di  
in vinea  
ine cau  
rum ad  
i solito  
niis no  
igatus  
eptare  
a add  
Christo  
egare lo  
vangelii  
in gene  
utriua in  
oficio  
generali